



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias  
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,  
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 11. Conservatores quibus possint inhibere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

cap. cum speciali vers. oppono quod non possit de appellationibus.  
 Quo ritu autem conservator sit recusandus, Concilium Tridentinum ostendit  
 ff. 1. 4. cap. 5. de Reform. & Doctores cap. cum speciali de appellat. Paucis arbitri a re- 4  
 culante debent denominari intra dies tres a die suspensionis allegata, alioquin proces-  
 sus iudicis recusati subsistit. Caval. dec. 28. num. 57. Et segg. part. 2. l. fin. C. de iudic.  
 pract. papiensis in forma libell. declinat. iudicis. gloss. verb. indices suspectum num. 5. citata  
 in hunc finem parte ad verba. pract. pa. d. loco. Debent autem arbitri esse de iurisdictione  
 ne iudicis recusati, Spec. de recus. §. effectus autem numer. 2. Caval. ubi supra nu. 110  
 qui statuet eis tempus, intra quod quaestione suspitionum definiat. Spec. d. §. effe-  
 ctus num. 13. cap. legitima ubi DD. de app. in 6.

Sed an conservator recusatus poterit alteri causam subdelegare, Wamecius re-  
 spondit posse. Conf. 181. num. 3. & 4. de appellat. tom. 1. DD. cap. index de offic. del. in 6. 5  
 Tum quia delegatus principis potest subdelegare. d. cap. iudex DD. cap. cum speciali  
 de appellat. Tum quia conservatores ad universitatem causarum deputati, ordinariis  
 equiparantur. Wamef. d. conf. 181. num. 7. qui si reculentur, possunt causam alteri sub-  
 delegare. cap. si quis contra de foro competent. gloss. d. cap. cum speciale. verb. recusatoris,  
 dec. Thol. 355. Federicus de Senis conf. 24. Franc. d. sap. index num. 5.

An autem dum de causa suspensionis cognoscitur subdelegare possit, vide Wame- 6  
 sium d. conf. 181. & Philip. Franc. d. cap. iudex. Barth. Brixensem in dominicalibus qua-  
 estionibus quaest. 74. vol. Oec. 17. fol. 31. ubi dicit ante propositam recusationem subdelegare  
 posse, sed ea pendente an possit, vide ibidem d. nu. 4. apud Wamecium.

Quid porro dicendum sit de subdelegato a conservatore, an is recusari possit, re- 7  
 spondetur ex capite conservatoris delegantis recusari non posse, sed bene ex proprio  
 subdelegati capite utpote aliqua legitima ex causa ejus caput seu personam concer-  
 nente. Bartholomaeus Brixensis dominicali quaest. 74. Wamef. d. conf. 161. cetera hu-  
 jus fatinae plenior manu discussa reperientur apud Cavalcanum, Speculatorem &  
 alios hic laudatos.

QUAESTIO UNDECIMA.

Conservatores quibus possint inhibere.

SUMMARIUM.

1. Conservatores possunt quibus summo inhibere.
2. Conservator est delegatus principis, major quo vis ordinario.
3. In-



3. Inhibere potest legato S. Sedis.      inhibere.  
 4. Inhibere non potest in præjudicium eius, qui conservatoriam concessit.      6. Conservator procedendo adversus Episcopos, qualis prudentia nisi debeat.  
 5. Conservator an possit alteri conservatori

**R**esponderur quibuscumque. Et quidem in primis ordinario qualicumque. *cap. 1. Et fin. de offic. deleg. in 6. Concil. Trid. sess. 7. cap. 14. de reform. Guiteri lib. 3. præf. quest. cap. 10.* est enim conservator delegatus principis, & eo nomine major quolibet ordinario. *ca. fauet de officio del. ca. pastoralis §. præterea de offic. ord. Mandos. de inhibitionibus quest. 5.*

Potest præterea inhibere legato sedis Apostolicæ. *Anchar. ibid. Cardinalis Tufus in suis conclusionibus verb. Conservatores. Rom. conf. 3. vol. 4. Specul. de legato §. superest num. 48. Lancel. de attentatis part. 2. cap. 20. in præfat. nu. 60. Gomezus Rep. cap. statutum num. 8. de Rescript. in 6.*

Non tamen poterit inhibere in præjudicium eius, qui conservatoriam concessit. *tionibus alibi allatis. lib. 1. de iurisdic. ord. in exemptos quest. 17. numer. 21.* Major difficultas est, an conservator possit alteri conservatori inhibere? Responderur etiam posse, si is cui inhibetur, aliquo respectu sit inferior, seu non habeat jurisdictionem paralem. Ut etsi conservator per suam inhibitionem alterum conservatorem prævenisset. *Lancel. de attentatis cap. 20. in præfat. num. 160. Et seqq. Et declar. quinta eodem capite. Mandosus de inhibitionibus quest. 4. Et 8. de iurisdic. ord. in exempt. quest. 39. num. 16.*

Si autem controversia sit inter conservatorem & ordinatum de jurisdictione, Conservatoris est cognoscere, quia dignior est. *Rom. conf. 412. DD. cap. pastoralis de Rescriptis, DD. l. cum queritur ff. de stat. bom.*

At vero si controversia vertatur inter duos conservatores sibi omnino pares & æquales, aut causa est utrinque ad principem seu Pontificem remittenda, uti ostendit *d. quest. 39. num. 161.* vel certe eligendi sunt arbitri, qui jurisdictionis hanc questionem decernant. *cap. cum contingat. de Rescript. cap. ab arbitris de offic. deleg. in 6.* tantisperque superlegendum, dum cognitum sit, an & quando conservator conservatori possit inhibere. *Rom. d. conf. 412. Lancel. d. cap. 20. in præfat. Mandos. de inhib. quest. 4. Et 8.*

Porro inhibendo Episcopis procedendoque adversus eos utatur salis mica, atque prudentia; quam tradit Alexander Quartus. *cap. quia Pontificali de offic. del. in 6.*